σμικρολόγοι. ὅθεν Ξενοφάνης κίμβικα αὐτὸ προσαγορεύει. μήποτε δὲ ἐδόκει Σοφοκλῆς περὶ τοὺς μισθοὺς καὶ τὰς νεμέσεις ὀλιγόποτε φιλοτιμότερος. Γέρων ὢν] ἀρχαῖος καὶ παλαιός. οἱ γὰρ πράξεις, φιλάργυρος ἐγένετο. Κἂν ὅπὶ ῥιπὸς πλέοι.] φρυγάνου. ψιάθου. λέγοιτο δ' ἂν ὅπὶ φιλοκερδεῖ. λέγει δὲ καὶ ἄλλος. θεοῦ θέλοντος, κἂν ὅπὶ ῥιπὸς πλέοις. ῥιψ δέ ἐστιν ἱμαντῶδες φυτὸν περὶ τὸ ῥέπω ῥέψ καὶ ῥίψ. καὶ ῥίπεσι τοῖς ἰτέας κλάδοις.

CHR. Σιμωνίδης] Duorum simul poetarum præstantium auaritiam vno stylo perstringit, in simonide satis vulgatam vel ex arculis illis, de quibus Theocritus in Gratiis. Fertur enim primus carmina mercede scripsisse, & primus poesim dehonestasse auaritiæ sordibus, imo in Mercedem Asma scripsisse: vt meritò à Pindaro tacitè suggillatus fuerit, qui Musam ipsius vocat φιλοκερδῆ. Et Aristoteles in Rhetoricis lepidam historiam eò pertinentem refert, Ait enim, Simonidem accepta exigua mercede ab eo qui vicerat mulis, carmen scribere noluisse, quasi turpe esset in mulas scribere, sed accepto maiori pretio, sic cecinisse, χαίρετ' ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων. De Sophoclis auaritia non adeò res certa, cùm postulatus olim à suis fuerit malè administratæ rei familiaris. Tamen ferunt ex Prætura quam cum imperio in Samo gessit, grandem eum pecuniam conflasse. Vnde Xenophanes vocauit eum κίμβικα, est enim κίμβιξ ὁλίαν μικρολόγος περὶ τὰ χρήματα. Origo ὅπὸ τῆς κιμβίων quæ sunt σφηκιαὶ vel μελίσσια, ab apibus quas parcas rectè Virgilius vocat. Corrigendus obiter Hesychius qui ait, κιμβιὰ σκυφία, lego enim σφηκιὰ, etsi σκυφία, non omnino absurdum, quia cymbium & scyphus non longè distant. & idem Hesychius κύμβινον per υ agnoscit esse μικρολόγον, vt ab aluearibus quæ sunt velut cymbia deriuatum sciamus. Apud Athenæum quoque Chamæleon simonidem vocauit κίμβικα & αἰσχροκερδῆ. Miror autem Aristophanis inconstantiam, qui maximum & prudentissimum poetam & Theatri Scenici Principem ita perstringat & vellicet, quem opere maximo laudarit in Nebulis. Sanè temperare sibi debuit ab hac scabie, præsertim cùm tantus olim fuerit ei honos habitus vel ab hostibus, vt cùm bello Siculo multi captiui essent Athenienses, plerisque tamen parsum fuerit propter communicatas ipsis sophocleas fabulas. Sed prisca comœdia satyra fuit tota, & quod diximus antea, κακῶς λέγειν Ἀττικὸν ὅτι μέλι. Nec amicis quidem parcebant

A Comici. Ἐπὶ ῥιπὸς] Senarius est integer Prouerbialis

Θεοῦ θέλοντος κἂν ὅπὶ ῥιπὸς πλέοις,

id est,

In tegete nabis cum diis volentibus.

Est autem ῥίψ teges vel storia ex calamis, à ῥέπω deducit Scholiastes, puto à ῥίπτω, quia res est leuis abiecta & spreta, quæ etiam dicitur ψίαθος & φρύγανον vel cremium, quo nomine etiam vocantur saligni ramusculi. Itaque nare in tam leui re est

B quasi τῆς ἀδωράτων, vt summa sit auaritia eius qui extremo se periculo committit propter lucrum. Sed auri sacra fames quid non cogit? Hinc impiger mercator se credit vndis & pericula temnit. Hinc Persio censente spes dolosi nummi, coruos & poetas transformat in luscinias. Κρατῖνος] Cratinus antiquæ Comœdiæ scriptor, & qui post Susarionem inuentorem, primus partes Comœdiæ distinxit, actus disposuit, & personarum numero temperauit, apertus cætera conuitiator & repre-

C hensor, splendidum characterem amans, Æschulique imprimis æmulus, vinosus & φιλοπότης audiit, vt apparet ex Equitum fabula, vbi velut Connas dicitur coronarum satis abũdans, sed siti semper enectus, tum ex fabula ipsius πυτίνῃ sic vocata ab œnophoro picato, ex qua versus habemus apud Athenæum sanè elegantes, quamuis comicos & populares, quos adscribo.

Πῶς αὐτὸ δὴ παύσειε τὴν λίαν ποτοῦ,
Εγὼ δ' ἄδα, σῶ τεύξω δὴ αὐτὸ τὰς χοὰς
Καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω ἀποδῶν,
Καὶ τ' ἄλλα πάντ' ἀγγεῖα τὰ περὶ τὴν πόσιν,
Κ' οὐδὲ ὀξύβαφον οἰνηρὸν ἔτι κεκτήσεται.

D Neque verò solũ vinosus, sed perminctor ab Aristophane in Equitibus κωμῳδεῖται, cùm ait γλυκίμελω ἐν Κρατίνου κώδιον. Miror etiã quòd homo tã φίλοινος vinosum Homerum exagitauerit, nã ad hoc suos Vlysseas dicitur scripsisse. Habemus in Cratinum Epigramma ex Anthologia, quod exstat etiã apud Athenæum. Auctor Niceratus, vel vt alij Chærestrat', vel etiã Theętetus, & incipit οἶνος τοι χαρίεντι, &c. vbi quod antea de coronis diximus; firmatur:

E ait enim, τοι γάρ τοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν, εἶχε δ' κιττὸν μέτωπον ὡς σύ, Βάκχε, κεκροκωμένον. Hunc Cratinum quòd esset timidior & duxerit ordines Oenidẽsis tribus Epeum vocabãt. Nam Epeus timidus fuit. Lege apud Hesychium δειλὸς ἰῶ, non δείλωσιν, vt non mirer si Bacchum ipsum timidum fecerunt.

Οθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον. Ερ. Τί παθών. Τρ. Ο,τι;
Ωρακιάσας, ἐξ ὀλίγου ἐξιώχετο,
Ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων,
Χ' ἅτερα πόσ' ἀπ' οἴει γεγενῆσθ' ἐν τῇ πόλει,
Ὥστ' οὐδέποτ' ὦ δέσποιν' ἀφεξόμεθά σου.
Ερ. Ἰδοὺ νυνὶ ὅπὶ τούτοις πῶς Οπώραν λάμβανε,
Γυναῖκα σαυτῇ τὴν δε, κἀπ' ἐν τοῖς ἀγροῖς
Ταύτην ξυνοικῶν, ἐκποιῶ σαυτῇ δόξεις.
Τρ. Ω φιλτάτη δεῦρ' ἐλθὲ καὶ δός μοι κύσαι,
Ἀρ' αὖ βλαβεῖσαι δι' χρόνου τί σοι δοκῶ,
Ω δέσποθ' Ερμῆ τὴν Οπώρας κατελάσας;
Ερ. Οὐκ, εἴγε κυκεῶν ὀξυπόροις βληχωνίαν.

Vrbem Lacones cùm premebant. MER. Quomodo?
TR. Pallore tactus deliquo; nec sustinens
Fractum videre Liberi plenum cadum.
Quàm multa in vrbe facta censes talia?
Ne, diua, mihi sit te relicta viuere.
MER. Abi ergo sis actutum, & vxorem tibi
Hanc accipe Auctumnam, aruacuius conserens
Educ tibi vuas fertilem propaginem.
TR. Mellita adesdum iunge mecum basia.
Censen' male esse tu mihi, Rex Mercuri,
Qui tanto amicam tempore haud subegerim?
MER. Non potionem pulegi si sumpseris:

Σχό-